

LECTIONES
PVBlice ET PRIVATIM
IN ACADEMIA LVDOVICIANA
PER HIEMEM HABENDAS
RECTOR
ERNESTVS THOM

PROF. MORAL. ATQVE IVRIS NAT. ET GENT.

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT

ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS


GENEROSOS AC NOBILISSIMOS

CIVES ACADEMIAE

PERAMANTER INVITAT.


DIE XVI. SEPTEMBR. A. MDCCLIII

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



G I E S S A E,

TYPIS IOANNIS IACOBI BRAVN, ACAD. TYPOGR.



146

In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Facult. Theol. Senior & h. a. Decanus.

Cum, quæ in *harmonia historice passionis Christi*, publicis *Lectioibus* hactenus tradita, supersunt, aliquot hebdomadam spatio absolvi possint, hunc laborem, ineunte hoc semestri, hora IX. primum aggredietur, eoque ad finem perducto *historiam Ecclesie novissimam, a pace Westfalica ad nostra usque tempora*, ad ductum compendii, a celeberrimo CYPRIANO concinnati, præleget, potiora illius momenta in calamum dictaturus, perperuoque discursu illustraturus. *Privatim* in explicanda *Theologia dogmatica* hora III. perget, & horis separatis *exercitiâ disputatoriam* in *Sylogen controversiarum* continuabit.

D.

D. IO. HERM. BENNER, P. O.

*S*ystema doctrinae sanctioris denuo incoabit, demonstrandi methodum quoad licet, retenturus, addita ybique *exegesi*, & subiunctis ex *polemica sacra*, potioribus momentis. Ad *praxin pietatis* conducet doctrina de officiis, & virtutibus civium Christi: & in primis eorum, qui munere sacro fungi decreverunt. Hanc separatis horis exponet. *Publice*, selecta argumenta disputando excutiet, vel *themata* orationum sacrarum, (praeceptis nuper expositis) suppeditabit.

In Facultate Iuridica

D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,

*P*ublice *iur. I. R. G. publicum* duce Cel. *Schmauffio*, privatim *digesta*, quibus duas in singulos dies horas destinat, praeunte B. BOEHMERO exponet.

D. GOTTLÖB AVGVSTVS
IENICHEN,

*H*ora VIII. & IX. AVG. RVD. IESIAE BVNEMANNI
Primas lineas Historiae iuris recitationibus suis illustrabit, simul-

simulque viam ad ipsum eruditionis perfectae culmen perueniendi monstrabit commodissimam. *Hora X-XI.* in IO. GOTTLIEB HEINECCII *Elementa Institutionum* sic commentabitur, vt & antiquitatum Romanarum, & vsus Forensis hodierni rationem habeat. *Hora II-III.* denique in gratiam & theologorum & iurisconsultorum IO. BALTH. L. B. de WERNHER *principia iuris ecclesiastici* ex genuinis antiquitatum sacrarum, iuris ecclesiastici & vniuersalis & particularis, ac imprimis *legum ecclesiasticarum Hassiacarum* fontibus candide, fideliter atque diligenter ita interpretabitur, vt, quod vnum semper facere solet, huius rei fructum ad conscientiam referre queat.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

Publice ius Criminale ad ductum SAM. BOEHMERI, *privatim* Institutiones iur. ciu. HEINECCII atque Digesta IVST. HENN. BOEHMERI interpretabitur.

D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH,

Praelectiones Iuris Germanici ad finem perducet. In *Pandectas* denuo secundum ordinem B. Boebmeri commentabitur.



In Facultate Medica.

D. GERARDVS ANDREAS
MÜLLER,

Med. P. P. Ord. & Prim.

Medendi methodum, sicut haecenus consuevit, explicare, & in Clar. CARTHEVSEI *fundamenta materiae medicae* publice commentari perget. Priuatim autem physiologiam specialem, *institutiones* doctissimi LVDWIG secutus, docebit; Pathologiam etiam, & methodum conscribendarum formularum, breuiter exponet, nec non exercitationibus subinde vacabit anatomicis.

In Facultate Philosophica.

IOH. LVDOV. ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. ordin.

Publice alteram *Philosophiae naturalis* partem, priori iam fere absoluta, pertractabit: priuatim vero *Historiam philosophicam* tradet, & *disputationes* in selectas theses philosophicas studio non interrumpendo continuabit.

ERNESTVS THOM,

Prof. mor. ord.

Scholīs publicis tradet *ethicam*; priuatis autem *L. B. de Wolff Institutiones iuris naturae & gentium* denuo explanabit.

E

ANDR.

(0)

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Math. P. P. O.

Logicam, metaphysicam, mathesin tam puram, quam applicatam iterum docebit; collegia priuatissima continuabit, nec noua desiderantibus deerit.

D. CHRISTOPH. LYDOVIC. KOCH,

Histor. Prof. ord. & Bibl. Acad. Praefectus.

Publice *Historiam Inp. Rom. Germ.* inde a temporibus Interregni magni ad Carolum VI. vsque exponet. Priuatos labores pro desiderio Dnn. Commilit. ordinabit.

PHILIPPVS NIC. WOLF,

Prof. LL. OO. ordin.

Publice librum Iosuae & Iudicum exponet. *Priuatim* linguas Ebraeam, Graecam, Chaldaicam, Theologiae cultoribus maxime necessarias docebit. Nec illis, qui Syricam, Arabicam, atque doctrinam accentuatoriam amabunt, suam denegabit operam.

IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

Prof. Eloq. & Poës. Ord. & S.S. Theol. Extraord.

Publice, hora à meridie prima in Horatiano de Arte Poëticali bello explicando perget; priuatas vero horas Oratoris

riis partim tradendis praeceptis, partim Exercitiis, destinabit. Publicas recitationes theologicas Hermeneuticae sacrae consecrabit, in iisque hac ratione versabitur, ut praecepta tradat, quorum ope diuiniora oracula ritè interpretari, atque boni Exegetae munus omnibus numeris exsequi possit studii Biblici Amator: ipsam dein, hisce praemissis, praxin Exegeticam, eorumque, quibus coelestis doctrina continetur, librorum explicationem subiuncturus. Priuatim, Hor. X. eas, quas elapso semestri exorsus est, in Historiam Noui Testamenti Ecclesiasticam, praelectiones ita continuabit, ut operam det, quo rerum in Ecclesia Dei gestarum enarrationem, insigni licet dicendorum copia abundantem, iustis tamen temporis includat limitibus; immo Sacram utriusque Foederis historiam annua semper vice absolvat. Collegium quoque in Historiam Theologiae Litterariam ad ductum b. Buddei desiderantibus diuinae sapientiae cultoribus adornabit.

Praeterea generosis ac nobilissimis academiae ciuibus praesto sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui *artem equitandi, gladio pugnandi & saltandi*, itemque *linguam Gallicam atque Italicam* tradunt.

* * * * *

HOI

* * * * *